16 Fer. 5 Dedicat. Eccl. Cathedr. Othieren. dup. 1 cl. cum oct. in Civ. 2 cl. sin. oct. in Dioec. c. alb. off. de com. Dedic. Eccl. miss. *Terribilis* cum cr. et per oct. in Civ. In 2 vesp. com. seq. c. alb.

17 Fer. 6 s. Hedwigis vid. sem. c. alb. ll. 1 n. ex fer. rel. pr. et de com. non vv. com. oct. in l. et miss. ut ibi 3ª or. *Concede* cum cr. in civ. Pro Dioec. (suffr. et prec.) miss. ut ibi 2ª et 3ª or. ut in die 9 huj. sin. cr. vesp. de seq. tant. c. rub.

18 Sab. s. Lucae Ev. dup. 2 cl. c. rub. off. de com. Ap. et pr. miss. pr. cum cr. praef. Ap. In 2 vesp. com. seq. et Dom. tant. (ant. *Exaudiat.*) c. rub.

19 ✠ Dom. 20 post. Pentec. et 4 Octobr. s. Petri de Alcant. C. dup. c. alb. ll. 1 n. ex Dom. 4 huj. rel. pr. et de com. C. non P. 9 l. hom. et com. Dom. 20 et oct. pro Civ. in l. et miss. ut ibi cr. praef. Trinit. ev. Dom. in fin. vesp. a cap seq. com. praec. et Dom. ac oct. pro Civ. c. alb.

20 Fer. 2 s. Joannis Cantii C. dup. c. alb. ll. 1 n. ex fer. rel. pr. in Lib. et de com. C. non P. com. oct. in Civ. in l. et miss. ut ibi cum cr. pro Civ. vesp. a cap. seq. com. praec. et oct. in Civ. ac s. Hilarionis Ab. et ss Ursulae et soc. vv. et mm. c. alb.

21 Fer. 3 Translat. Corp. s. Augustini Ep. C. D. c. alb. (f. ll. huj. sed hod. dies fix.) off. ut in Lib. et de com. C. P. 9 l. s. Hilarionis com. oct. in Civ. et s. Hilar. ac ss. mm. Ursulae et soc. in l. et miss. *In medio* 1 or. pr. cum cr. vesp. a cap. seq. com. praec. et oct. in Civ. c. alb.

22 Fer. 4 In Civ. s. Secundi Ep. et m. Hisp. dup. c. rub. (f. 13 maj sed 2 junii dies fix.) ll. 1 n. ex fer. rel. pr. et de com. un. m. com. oct. in l. et miss. ut ibi cum cr. vesp. a cap. seq com. praec. c. alb.

— In Dioec. s. Francisci Caracciolo C. dup. c. alb (f. junii) ll. 1 n. ex fer. rel. pr. pro aliq. loc. et de com. C. non P. miss. ut ibi sin. cr. vesp. a cap. seq. com. praec. c alb.

23 Fer. 5 In Civ. Oct. Dedicat. Eccl. Cath. Othier. dup. c. alb. off. ut in fest. et ut in die oct. miss. ut in die oct. miss. ut in fest. vesp. de seq. com. praec. ut in 2 vesp. c. alb.

— In Dioec. s. Petri Paschasii Ep. et m. Hisp. dup. c. rub. ll. 1 n. ex fer. rel. pr. et de com. un. m. miss. ut ibi sin. cr. vesp. de seq. com praec. c. alb.

24 Fer. 6 s. Raphaelis Arch. dup. maj. c. alb. off. pr. ut ibi miss. pr. cum cr. vesp. de seq. tant. c. rub.

25 † Sab. ss. mm. Gavini, Proti et Januari Patron. Prov. Turrit. dup. 1 cl. cum oct. c. rub. ll. 1 et 3 n. de com. pl. mm. 1 loc. ll. 2 n. pr. in fin. Brev. rel. de eod. com. miss. *Intret* 1 or. pr. ev. sumit. ex miss. *Sapientiam* cr. et per oct. In 2 vesp. com. seq. et Dom. tant. (ant. *Tua est potentia* c. alb.

26 ✠ Dom. 21 post Pentec. et 5 octobr. In Civ. s. Petri Paschasii Ep. et m. Hisp. (f. 23 huj. sed hod. dies fix.) dup. c. rub. ll. 1 n. ex Dom. 5 huj. rel. pr. et de com. un m. 9 l. hom. et com. Dom. et oct. ac s. Evaristi Pap. et m in l. et miss. ut ibi cr. praef. *Trinit.* ult. ev. Dom. vesp. a cap. seq. com. praec. et Dom. ac oct. c. alb.

— In Dioec. De ea sem. c. rub. ut in psalt. ll. 1 et 2 n. ex Dom. 5 octobr., in 3 n. 9 l. hom. et com. Dom. 21 ac oct et s. Evaristi Pap. et m. in l. et miss. ejusd. Dom. 21 gl. cr. praef *Trinit.* vesp. de seq com. Dom. ac oct c. alb.

27 Fer. 2 (Vig. ss. Simonis et Judae. Ap. — jej) In Civ. s. Francisci Caracciolo C. dup. c. alb. (f. 4 Junii) ll. 1 n. ex fer. rel. pr. pro aliq. loc. et de com. C. non P. 9 l. hom. vig. com. oct. et vig. in l. et miss. ut ibi cr. ult. ev. vig. vesp. de seq. com. praec. c. rub.

— In Dioec. s. Noberti Ep. et C. dup. c. alb. (f. 6 Junii) (Vig. ut supra ss Ap) ll. 1 n. ex fer. rel. pr. et de com. C. P. 9 l. hom. vig. et com. oct. et vig. in l. et miss. ut ibi cr. ev. vig. in fin. vesp. de seq. com. praec. tant. c. rub.

28 † Fer. 3 ss. Simonis et Judae Ap. dup. 2 cl. c.

rub· off. de com· Ap· et pr· miss· pr. cr· praef· Ap. In 2 vesp. com· seq· tant. c· rub·

29 Fer· 4 s· Narcisii Ep· et m· dup· de com· un. m. et pr· in Lib· hisp· com· oct· in l· et miss· ut ibi cr· vesp· a cap· seq· com. praec· et oct· c. rub·

30 Fer· 5 s· Saturnini m· Sard· dup· c· rub· ll· 1 n· ex fer· 3ª ll· 2 n· pr· in Lib· Sard· ll· 3 n. hom· *Si quis venit* de com· un m· rel. de eod. comm· com· oct· in l. et miss· *In virtute tua* praet. 1 or. pr· ev. ex miss· *Statuit* de eod. com· cr. vesp· a cap· com. praec· et oct c· al·

31 Fer· 6 (vig· Omn· Sanct· jej.) In Civ· s· Noberti Ep· et C· dup· c· alb· (f· 6 Junii) ll· 1 n· ex fer. rel· pr· et de com. C· P. 9 l. hom· vig· et com. oct et vig· in l· et miss· ut ibi cr. ev· vig· in fin. vesp· de seq· com. diei oct· tant· ut in 1 vesp. fest· c· alb·

— In Dioec· s· Fidelis a Sigmaringa m· dup· c. rub· (f· 24 Apr· sed· 7 Junii dies fix·) (vig· Omn. Sanct· ut supra) ll· 1 n· ex fer. rel· pr· in Lib· et de com· un· m· 9 l· hom· vig· et com· oct· et vig. in l· et miss. ut ibi cr ult· ev· vig· vesp· de seq. com·, diei oct· tant· ut in 1 vesp· fest· c· alb.

NOVEMBER.

1 ✠ Sab. Fest. Omn· Sanct· dup· 1 cl· cum. oct· c· alb off. pr· ut ibi com. diei oct· in l et miss· pr. cr· et per oct· In 2 vesp· com· seq· et diei oct. Dom· 22 (ant· *Vidi Dominum*) c· alb·

2 ✠ Dom· 22 post. Pentec· et 1 Novemb. Fest· Septem

Dolorum B. M. V. dup. maj. c. alb. (f. 14 sept. in Dom. ejusd.) off. ut ibi in fin. Brev. 9 l. hom. et com. Dom. 22 et oct. in l. et miss. pr. cr. praef. B. M. *Et te in Transfix* ult. ev. Dom. In 2 vesp. com. seq. et Dom. ac oct. c. alb.

3 Fer. 2 (Comm. Omn. Fidel. Defunct.) In Civ. s. Fidelis a Sigmaringa m. dup. c. rub. (f. 24 april. sed. 7 junii dies fix.) ll. 1 n. ex Dom. 1 novemb. rel. pr. in Lib. et de com. un. m. com. oct. in l. (post laud. dict. ℣. *Benedic. Dom.* dic Matut. Defunct. cum Invit trib. noct. et laud. rit. dup. de praecepto 9 ℟. *Libera me Domine de morte aeterna*) miss. Convent. de fest. post. Tertiam 2ª or. oct. cum cr. c. alb. Omnes miss. priv. et solemn. post. Nonam dic. pro omn. Fidel. Defunct. quae est prima in ord. Missal. unic. or. sequent. et praef. com. c. nig. — Vesp. a cap. seq. com. praec. et oct. ac ss. Vitalis et Agricolae mm. c. alb.

— In Dioec. s. Sallustiani C. Sard. dup. c. alb. (f. 8 junii) ll. 1 n. ex Dom. 1 novembr. ll. 2 et 3 n. de com. C. non P. 1 loc. rel. de eod. com. com. oct. in l. (rel. ut supra. in Civ. vesp. a cap. seq. com. praec. et oct ac ss Vitalis et Agricolae mm. c. alb.

4 Fer. 3 s. Caroli Borrom. Ep. et C. dup. c. alb. ll. 1 n. ex fer. rel. pr. et de com. C. P. 9 l. ss. mm. com. oct. et ss. mm. in l. et miss. ut ibi cum cr. vesp. a cap. seq. com. praec. et oct. c. alb

5 Fer. 4 In Civ. s. Sallustiani C. Sard. (f. 8 jun.) ll. 1 n. ex fer. ll. 2 et 3 n. de com. C. non P. 1 loc. rel. de eod. com. com. oct. in l. et miss. *Os justi* de

com. C. non P. cum cr. vesp. a cap. seq. com. praec et oct. c. alb.

— In Dioec. s. Joannis a s. Facundo C. dup. c. alb.(f. 12 junii) ll. 1 n. ex fer. rel. pr. et de com. C. non P. com. oct. in l. et miss. ut ibi cum cr. vesp. a cap. seq. com. praec. et oct. c. alb.

6 Fer. 6 s. Leonardi C. dup. c. alb. ll. 1 n. ex fer. rel. pr. ad calc. Calend. an. 1845 et de com C. non P. com. oct. in l. et miss. *Justus ut palma* praet 1ª or. pr. cum. cr. vesp. a cap. seq. com. praec. et oct. c. alb.

7 Fer. 6. In Civ. s. Joannis a s. Facundo C. dup. c. alb. (f. 12 Junii) ll. 1 n. ex fer. rel. pr. et de com. C. non P. com. oct. in l. et miss. ut ibi cum cr. vesp. a cap. seq. ut in 1 vesp. com. praec. ac ss. Quatuor Coronatorum c. alb.

— In Dioec. s. Julianae de Falcon. v. dup. c. alb. (f. 19 Junii) ll. 1 n. ex fer. rel. pr. et de com. vv. com. oct. in l. et. miss ut ibi cum. cr. vesp. a cap. seq. in 1 vesp. fest com. seq. ac ss. Quat. Coronatorum mm. c. alb.

8 Sab. Oct. Omn. Sanct. dup. c. alb. ll. 1 n. ex Sab. rel. ut in fest. et pr. loc. 9 l. et com. ss. Quat. Coronat. mm. in l. et miss. ut in fest. cum. cr. vesp. a cap. seq. com. praec. et Dom. 3 huj. (ant. *Muro tuo* or Dom. 23 post. Pentec. ac s. Theodori m. alb. « *Dom. 2 Novemb. cum sua hebd. omitt.* »

9 ✠ Dom. 23 post. Pentec. et 3 Novemb. Dedicat. Basilicae ss. Salvatoris dup. c. alb. off. de com. Dedicat. Eccl. et pr. 9 l. hom. et com. Dom. 23 ac s. Theodori m. in l. et miss. cr. ult. ev. Dom.

vesp. a cap. seq. com. praec. et Dom. ac. ss. mm. Tryphonis et soc. c. alb

10 Fer. 2 s. Andreae Avell. C. dup c. alb. ll. 1 n. ex Dom 3 huj rel. pr. et de com. C. non P. 9 l. et com. ss. mm. in l. et miss. ut ibi sin. cr. vesp. a cap. seq. com. praec et s. Mennae m. c. alb.

11 Fer 3 s. Martini Ep. et C. dup. c. alb. off de com. C. P. et pr. 9 l. et com. s. Mennae m. in l. et miss. pr. sin. cr. In 2 vesp. com. seq c. alb.

12 Fer. 4 s. Martini Pap. et m. sem. c. rub. ll. 1 n ex fer. rel. pr. et de com. un. m. (suffr. et prec.) miss. *Sacerdotes tui* 2ª or *A cunctis* 3ª ad lib. sine cr. vesp. de seq. tant. c. rub.

13 ✠ Fer. 5 s. Antiochi m. Patr. Civ. et Dioec. dup. 1 cl. cum oct., c. rub. off. pr. in Lib. et de com. un. m. miss. pr. cum cr. et per oct. In 2 vesp. com. seq. c. alb.

14 Fer. 6 s: Stanislai Kostk C. dup. c. alb. (f. her. sed hod. dies fix.) ll. 1 n. *Justus si morte* rel pr. in fin. Brev. et de com. C. non P. com. oct. in l. et miss pr. cum cr. vesp. a cap. seq. com. praec. et oct c. alb.

15 Sab. s. Geltrudis v. dup. c. alb. ll. 1 n. ex sab. rel. pr. et de com vv. com. oct. in l. et miss. ut ibi cr. vesp. de seq. com. praec. et Dom. (ant. *Qui coelorum*) or. Dom. 6 post. Epiph. ac oct. c. alb.

16 ✠ Dom. 24 post. Pentec. et 4 novemb. Patroc B. M. V. dup. maj. c. alb. (f. Dom. 3 huj.) omn. ut in fest. B. M. V. de Mercede excepta or. quae est *Concede nos* et ll. 2 n *Dei Filius* ut in die 12 sept. ℟ ut in festo de Mercede 9 l. hom. et com.

Dom. 6 post. Epih. et oct. in l. et miss. ut ibi cr. praef. B. M. V. *Et te in Festiv.* ult. ev. Dom. cit. In 2 vesp. com. Dom. et seq. ac oct. c. alb.

17 Fer. 2 s. Gregorii Thaumat. Ep. et C. sem. c. alb ll. 1 n. ex fer. rel. pr et de com. C. P. com. oct. in l. et miss. ut ibi 3ª or. *Concede* cum cr. vesp. de seq. com. praec. et oct. c. alb.

18 Fer. 3 Dedicat: Basilicae ss. Petri et Pauli dup. c. alb. off. de com. Dedicat. Eccl. et pr. com. oct in l. et miss. *Terribilis* cum cr. vesp. a cap. seq. com. praec. et oct. c. rub.

19 Fer. 4 s. Pontiani Pap. et m. Sard. dup c. rub. ll. 1 n. *Incipit Joel* ex fer. 3ª praec. ll. 2 n. 1ª pr. 2ª et 3ª *Principes* etc. de com. un. m. ll 3 n. hom. *Nihil est opertum* ut in fest. s. Callisti 14 octobr. com. oct. in l. et miss. *Statuit* de com. un. m. sed ev. sumit. ex miss. *Laetabitur* cr. vesp. a cap. seq. ut in 1 vesp. fest. com. praec. c. rub.

20 Fer. 5 Oct. s. Antiochi m. dup. c rub. ll. 1 n. 1ª *Incipit Amos* fer. cur. 2ª *Abdias* fer. 6, 3ª *Incipit Jonas* sab. seq. rel. de com. un. m. et pr. et ut in die fest cum cr. vesp. de seq. com. praec. c. alb.

21 Fer. 6 Praesent. B. M. V. dup. maj. c. alb. ut in off. parv. et pr. miss. pr. cr. praef. B. M. *Et te in Praesent.* In 2 vesp. com. seq. c. alb.

22 Sab. s. Caeciliae v. et m. dup. c. rub. omn. de com. vv et mm. praet or. pr. miss. pr. sin. cr. vesp. a cap. seq. com. praec. et Dom. (ant. *Super muros*) or. Dom. ult. seu 24 et s. Felicitatis m. c. rub.

23 ✠ Dom. ult. post. Pentec. quae est. sub. num. 24 et 5 Novemb. s. Clementis Pap. et m dup. c. rub.

de com· un. m· et pr· 9 l· hom. et com. Dom· 24 et s. Felicitatis in l· et miss· ut ibi cr· praef· Trinit. ult· ev· Dom· cit· vesp· a cap· seq· com· praec· et Dom· ac· s· Chrysogoni m· c· alb·

23 Fer· 2 s· Joannis a Cruce C· dup· c· alb· ll· 1 n· 1ª ex Dom· 5 huj· 2ª et 3ª ex fer· curr· rel· pr· et de com· C. non P· 9 l. et com. s. Chrysog. in l. et miss. ut ibi sin· cr· vesp· a cap· seq· com· praec. c· alb·

25 Fer 3 s· Catharinae v· et m· dup· c· rub· ll· 1 n. ex fer. cur· rel· pr· et de com. vv· et mm· miss· ut ibi sin· cr· vesp· de seq· com· praec· et s. Petri Alexandrini Ep· et m· c· alb·

26 Fer. 4 Desponsat· B· M. V. dup· maj· c· alb· ut ibi int· ss· hisp. vel in die 23 Januarii pro aliq. loc· et in off. parv· 9 l· et com s· Petri in l. et miss. pr· cr· praef. B. M. *Et te in Desponsat.* In 2 vesp. com· seq. c· alb·

27 Fer· 5 s· Margaritae de Sabaud· vid· dup· c· alb. de com· non vv· et mm· et pr· in Lib. Sard· miss. *Cognovi* 1ª or pr. sin. cr· vesp· a cap· seq· com· praec· c. alb·

28 Fer· 6 s· Elisabeth vid· dup. c· alb. (f· 19 huj. sed· hod· dies fix·) ll· 1 n· 1ª ex fer. 4. 2ª ex fer. 5, 3ª ex fer· cur· rel· pr· et de com non vv· nec mm· miss· ut ibi sin. cr· vesp· a cap. seq· com· praec· et s· Saturnini m· c. alb·

29 Sab· (vig· s. Andreae Ap· jej·) s. Felicis de Valois C· dup· c· alb. (f. 20 huj· sed hod· dies fix.) ll· 1 n· ex Sab. rel· pr· et de com· C· non P· 9 l· hom. et com· vig· et s· Saturnini in l· et miss· ut ibi

sin. cr. ult. ev. vig. In 2 vesp. com. Dom. 1 Advent. c. alb.

« *Antiph. final.* Alma Redempt. *usq. ad Nonam* 2 *febr. — Suffr. ss. cessant. — Hodie sero claudunt. solemn. Nupt.* »

30 ✠ Dom. 1 Adv. 1 cl. (privil.) sem. c. viol. De ea ut in Psalt. temp. Adv. et pr. loc. (prec. ad Prim. in qua adv. psalm. *Confitemini* et *Symbol. Quicumq.*) In ℟. brev. *Qui venturus es in mundum* usque ad Nativ. Domini etiam in festis nisi alit notet. miss. pr. Dom. sin. gl. cum cr. praef. Trinit. et *Benedic. Dom.* in fin. (organ. silent. Ministri Alt. indunt. plan. plic. et sic in Dom. 2 et 4 Adv. vesp. de seq. com. Dom. et s. Didaci C. (ut simpl.) c. rub.

DECEMBER.

1 Fer. 2 s. Andreae Ap. dup. 2 cl. c. rub. (f. her.) de com. Ap. et pr. 9 l. et com. s. Didaci ac fer. in l. et miss. pr. cum cr. praef. Ap. In 2 vesp. com. seq. ac s. Didaci et s. Bibianae m. pro Civ. et fer. c. rub.

2 Fes. 3 In Civ. Julianae de Falc. v. dup. c. alb. (f. 19 junii) ll. 1 n. ex fer. rel. pr. et de com. vv. 9 l. et com. s. Bibianae v. et m. et fer. in l. et miss. ut ibi sin. cr. vesp. a cap. seq. com. praec. et fer. ac s. Bibianae c. alb.

— Dioec. s. Bibianae v. et m. sem. c. rub. ll. 1 n. ex fer. rel. pr. et de com. vv. et mm. com. fer. in l. (prec. ad prim) et miss. ut ibi 3ª or. *Deus qui B. M. V. utero* etc. sin. cr. vesp. de seq. com. praec. et fer. c. alb.

3 Fer. 4 s. Francisci Xaverii C. dup. c. alb. ll. 1 n. ex fer. rel. pr. et de com. C. non P. com. fer. in l. et miss. pr. sin. cr. vesp. a cap. seq. com. praec. et fer. c. alb.

4 Fer. 5 s. Petri Chrisol. Ep. C. D. dup. c. alb. ll. 1 n. *Fidelis sermo* rel. pr. et de com. C. P. com. fer. in l. et miss. pr. cr. vesp. a cap. seq. com. praec. et fer. ac s. Sabbae Ab. c. alb.

5 Fer. 6 s. Barbarae v. et m. Hisp. dup. c. rub. (f. her. sed. hod. dies fix.) ll. 1 n. ex fer. rel. pr. et de com. vv. et mm. com. fer. et s. Sabb. Ab. in l. et miss. ut ibi sin. cr. vesp. a cap. seq. com. praec. et fer. c. alb.

6 Sab. s. Nicolai Ep. et C. dup. c. alb. ll. 1 n. ex Sab. rel. pr. et de com. C. P. com. fer. in l. et miss. pr. sin. cr. In 2 vesp. com. Dom. 2 Adv. c. alb.

7 ✠ Dom. 2 Adv. 2 cl. sem. c. viol. De ea ut in psalt. temp. Adv. et pr. loc. et ut in Dom. praec. notat. miss. pr. sin. gl. or. et rel. ut in Dom. praec vesp. de seq. com. Dom. c. alb.

8 ✠ Fer. 2 Fest. Immacul. Concept. B. M. V. Titul. Civit. et Patron. Civ. et Dioec. dup. 1 cl. cum oct. c. alb. off. pr. (ex decret. Urbis et Orbis auctorit. Summ. Pontif. glorios. regnant. Pii Pap. IX emanato sub die 25 septemb. an. 1863 ut in Lib. recenti) com. fer. in l. (ad Prim. in ℟. brev. *Qui natus es de Maria Virg.* et per oct.) et miss. pr. in fol. cum. cr. praef. B. M. *Et te in Conceptione Immaculata* et per oct. nisi alit. notet. In 2 vesp. com. seq. et fer. c. alb.

9 Fer. 3 s. Leocadiae v. et m. dup. c. rub. ll. 1 n.

ex fer. rel. pr. int. ss. hisp. et de com. vv. et mm. com. oct. et fer. in l. et miss. ut ibi cr. praef. ut her. vesp. de seq. com. praec. (nihil de oct) et fer. ac s. Melchiadis Pap. et m. c. alb.

10 Fer. 4 Translat. Almae Domus Lauret. B. M. V. dup. maj. c. alb. off. pr. in fin. Brev. com. fer. (nil de oct.) et s. Melchiadis in l. et miss. pr. cr. praef. B. M. *Et te in Festiv.* In 2 vesp. com. seq. et fer. tant. c. alb.

11 Fer. 5 s. Damasi Pap. et C. sem. c. alb. ll. 1 n. ex fer. rel. pr. et de com C. P. com. oct. ac fer. in l. et miss. ut ibi cr. praef. B. M. V. *Et te in Concept.* Vesp. de seq. com. praec. et oct. ac fer. c. rub.

12 Fer. 6 s. Eulaliae Emerit v. et m. Hisp. dup. c. rub. (f. 10 huj. sed hod. dies fix.) ll. 1 n. ex fer. rel. pr. et de com. vv. et mm. com. oct. et fer. in l. et miss. ut ibi cr. praef. ut her. vesp. a cap. seq. com. praec. et oct. ac fer. c. rub.

13 Sab. s. Luciae v. et m. dup. c. rub. de com. vv. et mm. et pr. com. oct. et fer. in l. et miss. pr. cr. praef. ut her. In 2 vesp. com Dom. 3 Adv. et oct. c. rub.

14 ✠ Dom. 3 Adv. (Gaudete) 2 cl. sem. c. viol. De ea ut in psalt. temp. Adv. et pr. loc. et ut in Dom. praec. notat. com. oct. in l. (ad Prim. prec. omitt.) et miss. pr. ut. ibi sin. gl. et sin. 5 or. cr. praef. ut her. et Benedic. Dom. in fin. Organ. pulsant. et Ministri Alt. induunt. Dalmat. et Tunic. vesp. de seq. ut in 1 vesp. fest. et com. Dom. c. alb.

15 Fer. 2 Oct. Imm. Concept. B. M. V. dup. c. alb. ll. 1 n. ex fer. rel. pr. oct. et ut in fest. in Lib. recent. com. fer. in l. et miss. ut in die. Vesp. de seq. com. fer. tant c. rub.

16 Fer. 5 s. Eusebii Ep. et m. Sard. dup. 1 cl. c. rub. ll. 1 n. *A mileto* rel. pr. et de com. un. m. com. fer. in l. et miss. *Sacerdotes* de eod. com. un. m. sin cr. In 2 vesp. com. seq et fer. c. r.

17 Fer. 4 (Q. T. jej.) Translat. ss. mm. Gavini, Proti et Januarii dup. c. rub. (f. in Dom. 3 Octobr. ll. 1 n. *Fratres Debitores* de com. pl. mm. ll. 2 et 3 n. de eod. com. 1 loc. 9 l. hom. et com. fer. in l. et miss. *Intret* sin. cr. ult. ev. fer. 4 vesp. de seq. com. praec. et fer. (ant. maj. *O Sapientia.*)

18 Fer. 5 Expect. Partus B. M. V. dup. maj. c. alb. ut in off. parvo et pr. in fin. Brev. com. fer. in l. et miss. pr. cr. praef. B. M. V. *Et te in Expect.* In 2 vesp. com. seq. et fer. (ant. maj. *O Adonai*) c. alb.

19 Fer. 6 (Q. T. jej.) s. Eugenii Ep. et m. Hisp. dup. c. rub. (f. 15 Novembr. sed 16 ejusd. dies. fix.) ll. 1 n. *A mileto* de com. un. m. rel. pr. et de eod. com. 9 l. hom. et com. fer. 6 in l. et miss. ut ibi sin. cr. ult. ev. fer. 6 vesp. a cap. seq. com. praec. et fer. (ant. maj *O Radix*) c. alb.

20 Sab. (Q. T. jej. — Ordines) Vig. s. Thomae Ap. de qua nihil in off. — s. Dominici Silens. Ab. dup. c. alb. ll. 1 n. *Iustus si morte* rel. pr. int. ss. hisp. et de com. C. non P. 9 l. hom. et com. Sab in l. et miss. ut ibi in qua 5ª or. vig sin. cr. ult. ev. sab. In 2 vesp. com. Dom. 4 Adv. ant. maj. *O Clavis)* c. alb.

21 ✠ Dom. 4 Adv. 2 cl. sem. c. viol. De ea ut in psalt. et pr. loc. temp. Adv. et ut notat. in Dom. 1ª antiph. ad Benedict. *Nolite timere* miss. pr. sin. glor. et rel. ut in cit. Dom. vesp. de seq. com. Dom. (ant. maj. *O Oriens*) c. rub.

22 † Fer. 2 s. Thomae Ap. dup. 2 cl. c. rub. (f. her.) off. de com. Ap. et pr. com. fer. in l. (ant. ad Benedict. *Dicit Dominus)* et miss. pr. cr. praef. Ap. In 2 vesp. com. seq. et fer. (antiph. maj. *O Rex*) c. rub.

23 Fer. 3 s. Ambrosii Ep. C. et D. dup. c. alb. (f. 7 huj.) ll. 1 n. *Fidelis sermo* rel. pr. et de com. C. P. com. fer. in l. et miss. pr. cum. cr. In 2 vesp. com. fer. (ant. maj. *O Emmanuel*) c. alb.

24 Fer. 4 vig. Nativit. D. N. J. C. cum. jej. (privil.) sem. c. viol. De ea ut in psalt. et pr loc. ad laud. et per hor. ant. pr. rit. dup. miss. pr. ut ibi sin. gl. un. or. sin. cr et *Benedic. Dom.* in fin. Ministri Alt. induunt. Dalm. et Tunicell. pulsant. organ. vesp. de Nativitate Domini c. alb.

« Hodie et per seq. oct. prohib. miss. votiv. priv. et defunct etiam anniv. a test. relict aut. dies 3, 7, 30 *nisi una solemn. praesent. cadav. cras vero etiam ea prohib. est. »*

« A fine huj Compl. ad antiph. Alma Redempt. dic. ℣. *Post. partum etc. or. Deus qui salutis etc. usq. ad Nonam diei* 2 *Feb. inclus. hymn. si sint. ejusd. metr. terminant. cum* ℣. *Jesu tibi sit Gloria etc. usq. ad Nonam vig. Epiph. »*

25 ✠ Fer. 5 Nativit. D. N. J. C. dup. 1 cl. cum. oct. (privil.) c. alb. off. pr. Hodie dic. tres miss. ut ibi cum. gl. praef. Communic. pr. et per oct. In 1ª miss. ad Canon. dic. *Noct Sacratiss.* in 2ª fit. com. s. Anast. in 3 leg. ev. ul Epiph. *(Qui unam tant. miss. voluerit celebr.* 3ª^m *legat. — In miss. solemn. dum a Choro cant.* ℣. *Et Incarnatus est. omn. genuflect.)* Vesp. de Nativit. Domini com. seq. c. alb

26 † Fer. 6 s. Stephani Protom. dup. 2 cl. cum. oct. c. rub. off. ut ibi et de com. un. m. com. oct. in l. et miss. pr. cr. praef. ut heri. Vesp. de Nativit. a cap. de s. Stephano com. seq. et oct. Nativit. c. rub.

27 † Sab. s. Joannis Ap. et Ev. dup. 2 cl. cum. oct. c alb. off. ut ibi et de com. Ap. com. 2 oct. in l. et miss. pr. cr. praef. etc. ut her. vesp. Nativ. a cap. s. Joann. com. ss. Innocentium et octavar. c. alb.

28 ✠ Dom. (vacat.) ss. Innocentium mm. dup. 2 cl. cum. oct. c. rub. off. ut in pr. loc. dic. *Te Deum.* In miss. gl. *Allel.* etc. cr. praef. Communic. ut her. vesp. de Nativ. a cap. ss. Innocent. com. seq. et octavar. c. rub.

29 Fer. 2 s. Thomae Ep. et m. sem. c. rub. de com un. m. et pr. com. 4 oct. in l. et miss. ut ibi cr. praef. etc ut her. vesp. de Nativit. sem. a cap. de Dom. com. s. Thomae et. octavar. c. alb.

30 Fer. 3 De Dom. infr. oct. Nativit. sem. c. alb. off. ut in fest. Nativ. et pr. loc. com. 4 octavar. in l. et miss. pr. Dom. gl. cr etc. ut her. vesp. de Nativ. dup. a cap. de s. Silvestro com. Dom. et 4 octavar. c. alb.

31 † Fer. 4 s. Silvestri Pap. et C. dup. c. alb. de com. C. P. et pr. com. 4 octavar. in l. et miss. ut ibi cr. praef. etc. ut her. vesp. de Circumcis. Domini sin. ulla commem. c. alb.

In hodierna Martyrol. lect. pronunc. luna 13 *cum. litt. m. parva quae inserviet pro toto sequenti anno* 1874.

Laus Deo, Gloria sanctis,
Pax vivis, Requies Defunctis.

CASUS QUORUM RESOLUTIONES

ad nos vel ad Vicarium Generalem

singulis mensibus mittentur.

Pro mense januario

Casus I.

Valentinus quae ignorat involuntaria reputat, nec libera esse censet, quae, vel metu adactus, vel concupiscentia impulsus, non raro etiam, contra legem exequitur. Monitus a Confessario de falsa sua agendi ratione non satis eam percipere ostendit; quare, ne obstinato animo ulterius operetur, Confessarius in bona eum fide relinquit, atque absolvit.

Quaeritur 1° — Quid est voluntarium, et quatenus cum ignorantia conciliari valeat? 2° Quoenam vera notio libertatis, et quatenus metus etconcupiscentia ei officiant vel non? 3° Quodnam judicium ferendum de agendi ratione Valentini? Quodnam de Confessario prout. in casu?

EX RE LITURGICA.

Quaeritur — utrum quando in missa dicenda est tertia Oratio ad libitum, haec vel omitti possit, vel saltem pro ea dici valeat *Collecta* seu oratio a Superiore imperata?

Pro mense februario.

CASUS II.

Nicephorus non pauca contra legem gerit, ad proximi levamen vel ad Deum etiam colendum, quae idcirco ex bono fine cohonestari praetendit: in suis autem bonis operibus non semper ab humanae laudis et beneficii etiam temporalis amore se cavet, nec de actionibus indifferentibus est admodum sollicitus, eo quod hujusmodi permissas asserit, atque ideo ex purae delectationis intuitu exequitur. Quum nihilominus conscientia eum aliquoties reprehendat, consulit Theologum.

Quaeritur — Quae erit Theologi doctrina, quaeque ad singula responsio?

EX RE LITURGICA.

Quaeritur — Utrum de libris liturgicis (prout sunt Breviaria, Horae diurnae, Missalia, officia parva B. M. V. aut Majoris Hebdomadae etc.) qui carent attestatione Ordinarii de eorum conformitate cum genuinis editionibus, vigeant adhuc prohibitiones Summor. Pontif. et poenae ab eis inflictae, et num sub gravi obbligent vel non? Si affirmative, quid praescriptum ad eorum liceitatem usus?

Pro mense martio.

CASUS III.

Narcissus cujusdam libertatis amator nonnisi suae conscientiae dictamen in omnibus sequendum exi-

stimavit: quare neque superioribus saecularibus, neque Parentibus neque ipsi Confessario obsequitur, in iis quae suae conscientiae repugnant, aliunde sibi licita judicat, aut dubia vel controversiae subjecta ea videt. Confessarius semel et iterum inabsolutum dimittit; sed Narcissus propositi tenax, alium adit Confessarium, qui re bene perpensa, eum utique in aliquibus reprehendit, sed tamen non absolute rejecit, atque absolvit.

Quaeritur 1° — Quodnam judicium ferendum de sententia Narcissi, ejusque agendi ratione? 2° Quodnam de primo et secundo Confessario, et quis ex duobus suo est rectius munere functus?

EX RE LITURGICA.

Quaeritur — Quaenam in missa privata dicenda sunt clara voce, quaenam mediocri, et quaenam denique submissa, seu secreto?

Quomodo in his peccari possit, et quando graviter vel leviter?

Pro mense aprili.

Casus IV.

Eusebius a primis sacerdotii sui annis Horarum canonicarum pensum habuit omni pondere gravius. Saepius a lusu et conversatione, sine spiritu et mente eas absolvit. Matutino in noctem dilato: praecipitans verba et versus, quandoque distrahens. Be-

neficium deinde simplex adeptus, et aliquanto post effectus Parochus eas prae multitudine negotiorum aut somno vel aegritudine oppressus frequentius omisit, et non raro etiam voluntarie distractus absolvit. In qua facti specie.

Quaeritur 1° — Quibus incumbit Horarum canonicarum obligatio, et quomodo recitandae? 2° Quatenus peccavit Eusebius eas absolvendo vel non prout in casu? et num ad aliquam et quamnam restitutionem teneatur?

EX RE LITURGICA.

Quaeritur — Utrum in Oratione *A cunctis* ad litteram N. nominandus sit Patronus seu Titularis loci, vel Ecclesiae in qua celebratur? Si jam nominatus sit, vel de eo missa habeatur, alius ne substituendus? Quomodo ordinanda haec oratio cum Titularis fuerit ex sanctis Angelis, vel s Joannes Baptista?

Pro mense majo.

Casus V.

Tarquinius ad Magnetismi spectacula libenter accurrit, tum curiositatis gratia, cum cupidatis occulta ac valde dissita cognoscendi. Quum vero gravia dubia experiatur de interventu demonis, ea evadit vel ex quo absconditae adhuc sint nonnullae naturae leges, vel ex contraria protestatione quam apud se etiam facit: qua de causa nec Parochi monita curat, probi-

bitionem quamdam ab Ecclesia factam ei denunciantis. Tempore tamen Paschali ad confessionem accedit, atque ab eo absolvitur.

Quaeritur 1° — Quid Magnetismus, prout hodie a vagis hominibus et mulierculis exercetur? 2° Quomodo in eo peccavit Tarquinius ut in casu, et quid de ejus ratione ac protestatione ad dubia sedanda? 3° Sunt ne aliquae paenae ab Ecclesia inflictae quoad rem hujusmodi? 4° Quid muneris Confessarii erga Tarquinium, et num potuerit ipse a simplici Confessario absolvi?

EX RE LITURGICA

Quaeritur — Utrum paramenta sacra floribus intexta varii coloris inservire possint pro albo, rubro et viridi? Sin minus et Ecclesiae paupertas aliter suadeat quid agendum ab Ecclesiae Rectore?

Pro mense junio.

Casus VI.

Flavia religiosa mulier, sed aliquanto etiam scrupulosa, Confessarium interrogat 1° quae et qualis potissima sit et essentialis differentia inter peccatum mortale et veniale, et quo pacto dignosci possint, quae sint mortalia et venialia peccata.? 2° Qua ratione unum mortale differat ab alio cum omnia Deum graviter offendant? 3° utrum peccatum mortale evadere possit veniale, et vicissim veniale mortale? 4° Demum

quae regula ei tenenda in discernendis cogitationibus pravis, quae non parum eam angustiant, et quae remedia contra eas adhibere possit?

Quaeritur — Quaenam erit Confessarii responsio? et quid potissimum ei agendum ut scrupulos depellat a Flavia?

EX RE LITURGICA.

Quaeritur — Quid venit nomine Missae votivae? et quando ea celebrari liceat aut non, privata vel solemnis?

Pro mense julio.

Casus VII.

Aegidius Confessarius legens summam resolutionum Casuum Conscientiae deprehendit, quosdam in suis poenitentibus a restitutione deobligasse, quos nunc videt ad eam, vel certe, vel probabilius teneri; quosdam vero ad eam adegisse, cum esset valde dubia, et gravissimi Auctores diversimmode sentiant; quosdam demum non monuisse simpliciter de ea facienda, idque vel ex negligentia vel quod obligatio satis esset patens.

Quum autem sciat plures ex rudibus, ab ea se eximi, ex quo a Confessario non moneantur, non parum angitur praecipue, quod aliqui ex suis poenitentibus mortui sint et qui vivunt non amplius ad suum Tribunal redierint.

Quaeritur 1° — Quaenam sunt restitutionis radices? 2° Quaenam officia Confessarii quoad poenitentes restitutioni obnoxios, et quae onera si forte desit? 3° Quid agendum ab Aegidio. ut in tuto ponat suam conscientiam?

EX RE LITURGICA.

Quaeritur — Quibus diebus celebrari possint, aut non Missae de Requiem solemnes, vel privatae? et num diebus impeditis substitui possit Missa de festo cum. *Libera me Domine* in fine? Sin minus quid agendum ut satisfiat oneri testatorum vel postulantium?

Pro mense augusto.

Casus VIII.

Cum in tabella Casuum reservatorum hujus Diaecesis habeatur « Abortus vel sterilitas procurata » neo-Confessarius summopere studiosus sibi quaerit 1° utrum id intelligi debeat effectu sequuto, vel non, cum peccatum possit esse consummatum in ratione procurationis, quae sola exprimitur? 2° utrum haec reservatio, eadem ipsa sit, quae habetur ex jure, seu ex Pontificis Constitutionibus? sin minus, in quo differant, et quae utrorumque extensio diversa? 3° utrum data facultate in reservata, censeatur data facultas ad hujusmodi peccata prout reservantur ab jure? Neo-Confessarius nequit sibi satisfacere, ideoque Parochum consulit.

Quaeritur — Quaenam erit Parochi doctrina, et sententia ad singula? Quid abortus, quaenam poenae in procurantes abortum, et utrum incurrantur si foetus non sit animatus?

EX RE LITURGICA.

Quaeritur — Quale sit Altare privilegiatum, et quae Missa in eo celebranda ut lucrentur indulgentiae? Quid juris pro diebus impeditis?

Pro mense septembri.

Casus IX.

Confessarius quidam poenitentes ex alienis Dioecesibus accedentes, a peccatis omnibus et censuris in eis reservatis absolvit, ea ductus ratione, quod legibus suae Dioecesis alieni non teneantur nec ipse alienarum: excipit tantummodo, qui reservatum aliquod intra limites suae Dioecesis vel advenientes aut transeuntes commiserunt. Quoad Dioecesanos vero, quos videt aliquo detineri impedimento superiorem adeundi, et insimul aliquo gravari incommodo ex negata vel dilata absolutione, eos etiam a reservatis absolvit.

Quaeritur 1° — In quo erret, in quo non, talis Confessarius? 2° Si quos valide absolvit directa ne, vel indirecta censenda ejus auctoritas et quae notio utriusque? 3° Quid ei agendum si quos invalide absolvit?

EX RE LITURGICA.

Quaeritur 1° — Quibus diebus celebrari possit missa pro sponsis? Potest ne hujusmodi missa absque benedictione sponsorum celebrari, vel benedictio absque missa sponsis impertiri?

Pro mense octobri.

Casus X.

Terillus Pro-Parochus iu extremo Dioecesis Oppido constitutus, facilem se praebet ad finitimos Parochos adjuvandos in confessionibus excipiendis. Ex quadam autem confessione mulieris intelligit Maevium servum suum non pauca dilapidare quod ipsum adhuc usque latebat, nec non Cajum statum Clericalem inhiantem, et aliis modestum ac pium semper habitum, illicitis amoribus irretiri. Quare domum reversus statim Maevium dimittit, et cum in absentia Parochi attestationem pro Cajo facere deberet ad Ordines suscipiendos, nonnisi remisse et dubitanter de eo testatur, idque ad utriusque bonum procurandum, licet non parum ei displiceat.

Quaeritur 1° — Quid possit Pro-Parochus in subditos alterius Parochiae? 2° Quid in Dioecesi aliena erga subditos suos, vel alienos? 3° Quid de agendi ratione Terilli cum Maevio et Cajo?

DE RE LITURGICA.

Quaeritur — Quaenam Praefatio dici debeat in missis votivis, vel pro sponsis, aut de Requiem? Quid si dicantur infra Octavam Praefationem Festi requirentem?

Pro mense novembri.

CASUS XI.

Sylvana occasione jubilaei confitetur Jaçobo Confessario, eique pandit se a duobus Confessariis fuisse alias in Confessione sollicitatam ad turpia: et primum quidem ob sollicitationem dubiam jam denunciasse Episcopo non sine aliqua odii ratione; alterum autem nec voluisse nec velle denunciare, etsi toto vitae suae tempore inabsoluta remanere debeat, ac illico infernum petere: ex quo Jacobus eam dimittit; sed transacto jubilaeo moritur sollicitans, ac tunc revertitur et prosequuta ac expleta Confessione, peccatis etiam reservatis onusta absolvitur a Jacobo.

Quaeritur 1° Recte se gessit Jacobus in utroque eventu? 2° Poterat ne aliqua ratione Sylvanam absolvere jubilaei tempore transacto?

EX RE LITURGICA.

Quaeritur S. Hostia et particulae Ciborii quando renovandae? utrum in hoc delinquere possit Parochus et quomodo? In renovatione licet ne veterem Hostiam frangere pro Communione fidelium, vel potius a Celebrante sumenda?

Pro mense decembri.

Casus XII.

Robertus Matrimonio civiliter contracto cum Lucilla, diutius in eo perseverat donec Parochi monitis aegre ad contrahendum in faciem Ecclesiae inducitur, ea tamen conditione ut nec ad Confessionem, nec ad Communionem adigatur

Admittit Parochus, nescio qua ratione, sed ipso die nuptiarum audiens in Confessione Lucillam, reperit eam fuisse a Roberti fratre jam cognitam, atque ipsum Robertum esse de secta Carbonariorum. Quibus non obstantibus eam absolvit, et Matrimonio assistit.

Quaeritur 1° Quae officia Parochi erga sponsos civiliter tantum conjunctos? 2° Num conditio Roberti fuerit admittenda? Quid Parocho agendum erga Lucillam, et num potuerit Matrimonio interesse?

EX RE LITURGICA.

Quaeritur — Quotuplex inclinatio capitis in Missa, et quando et quomodo unaquaeque facienda?